

SBd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

EPITHALAMIVM

QVO

VIRVM

**PRAENOBILISSIMVM ERVDITISSIMVM
AMPLISSIMVM**

**DO. IOANNEM HENRICVM
STVSS**

**PAEDAGOGII ILLVSTRIS ILFELDENSIS PRO-
RECTOREM MERITORVM MVLTIIVDINE
CELEBRATISSIMVM**

CVM

**DESPONSATA VIRGINE
ET NOBILITATIS ET VIRTVTIS ET FORMAE FAMA
PRAESTANTISSIMA**

**ANNA CATHARINA
VVINKER**

**GOETTINGAE DIE XXV. IVLII A. R. S. CIOCICCCXXIII.
REQUISITAS INTER ET ANTIQVIS MORIBVS CONFIRMATAS
CAERIMONIAS ATQVE BENEDICTIONEM
SACERDOTALEM**

**CONNVBIVM INEVNTEM
OMINA FAVSTA ET QVAEVS AVSPICATA FATA
PIE PRECATI**


**LAETAVNDIPROSE QVNTVR
OMNES LITTERIS ET HVMANITATI OPERANTES
IN PAEDAGOGIO ILLVSTRI ILFELDENSI.**

NORTHVSAE

LITTERIS COELERIANIS

AK



 *St* Ilfeldiaco Parnasso oriunda caterua,
Hercyniacque iugi stipata in valle columnis
Grata refota cohors, studio qui languor inerti
Atque graues animas fomno tibi fascinat arcto?
En tot tantarumque volans plenissima rerum
Fama tui fines Pindi iam laeta peragrat;
Iubila nec pandis, resides nec carmina fingis
Post mensesque morasque, minus commota quiescis,
Scito, tempus adest, in quo soluantur habenis
Gaudia, nec nostras pudeat ridere Camoenas:
Virgineos DOCTOR NOSTER dum tractat amores.

*ST VSSI, deliciae nostrae, solatia nostra,
Gaudia musarum, TV, sacratissime Mylla,
An sic indueris frenis; Dilecte, Puellae?
Quam Venus exornat, dicens: i digna marito
Perdigno nectenda, amplexus perfice molles?
Sic est: intactum TE aluere Cupidinis arcu
Haecenus ad sacram Charites Aganippidos vndam:
At nunc insolitos promissae virginis ignes,
At iustos, hauris, ignarus semper amandi.
Nam Deus haec voluit, Deus haec Tua flammea iussit
Accendi, optatumque thorum TIBI sternit olympus,
Praemia iusta Tuis, vt fas, virtutibus addens.
Nam, Decus, et famae certe pars maxima nostrae,
Quantus laudis honor meritaec, quo fama sonoro
Cantu virtutem, musam, et Tua nomina spargit,
Et verum de Te murmur, nec fingit inane?
Quas equidem dotes constructum carmen in vnum
Si tantos volumus cumulos aduolucere terum,
Ponemus timidis humeris nos promptius Aetnam.
Quid doctrina valet? quondam quid Musa latina,
Graiaque quid paginis pictis liquere verendum,*

Du

Dudum sciisti, cum nondum paruus ephēbis
Cessisti, ac aliis musis operantibus almis
Fecisti dubiam palmam, et non praemia certa.
Hinc quantus nunc sis; quantumque virilibus annis
Insperaddideris doctrinae, conscius orbis
Est Brunsvicensis; DIVVSQVE GEORGIVS ille,
Cuius conspicuis radiis venerabile sceptrum
Cuncta Europa timet, cultuque, et amore vretur,
O TE *thespiadum Decus immortale fororum.*
Dignum, quem legeret, dignum, cui pignora tanta
GYMNASII, ac aetas fragilis formanda daretur
Pubis, TE sensit: TE longe REICHIVS almus,
Quo sic perfrui mur, qualem sensere Solonem
Res Pandioniac, qualem munita Lycurgum
Armipotensque, feroxque olim Lacedaemon habebat,
Dignum, cui vegetans terrae iuuenilibus annis
Flos, et cura cui famosae fida palaestrae
Commendaretur, prudens TE rite vocavit.

Praeterea quanta impediunt TVA tempora myrto?
Quae TIBI ferta ferunt virtutes mista corollis?
Iustitiam memorem? caram iliusque forem,
Candorem, atque fidem, quam TV, SVAVISSIME DOCTOR,
Puro in corde geris? TE vix quid iustius esse,
Iuramus; pietas TIBI nam regina laborum,
Integritas meta, et scopolus; deuotaque magni
Vis animi est colli decus, ac spectata catena.
TE Numen refouet, redamat, sese omnibus actis
Inserit, atque docet nullo liuescere fuco.
Nam TV perpetuos aris imponis honores
Diuis, et delubra vocas tua pectora caeli.

Hinc quoque nos fausto, atque pio moderamine mulces
Te nos diligimus pariter, pariterque timemus.

Et dum non maculac deformat pectus iustae
Carbo TIBI, TVA nec vitii inoleuit imago;
Te monstrante modum, firmum virtutis amorem
Cordibus inferimus, spernantes turpia vitae.
Ast quid ego immensum timidus do vela per aequor
Tyrrhenum? tantum nequeo complectier vna
Increpitante lyra; sic haec minus indiga laudis,
Diuitiis animosa suis, clarescere Pindi
Plausu non gaudet virtus: contemnitur ausus
Infelix celebrans fufis ambagibus istam.

Ast Hymenaeus adest, praeconia parua silere
Iste iubets thalamumque nouum nunc plausibus omnes
Excipere, atque pauimentum pulfaro canentes
Vult; hinc iam totum spirent praeconia Phocbum!
Et liceat late permiffis ire choracis.
Hem bene connubiale thoris intendere carmen
Quis finet? o foedus caelesti nomine iunctum:
O felix, faustusque thorus, per secla coruscus!
IOANNEM edoctum suauis CATHARINA beabit,
Connubioque genus, fortunas, gaudia, vitam,
Accessu duplo, et miro complebit amore.

Eximiam at Sponsam, vos, vos, cantate Camoenae,
Dicite, quid nostris rumor iam buccinet oris:
Quod cordis teneat solers penetralia virtus;
Et quod labra rosas superent: quod colla pruinas:
Atque humeri Cererem; pudor ac infecerit ignis
Luce genas niucas, quod vincant lumina flammis,
Gypsata nitido motu quae fronte vehuntur.

Sic, vt fama refert, TVA, STYSSI, SPONSA, COLENDE,
Corporis ac animae venerandis dotibus ista
Virginea lucet turba alma, Cynthia qualis
Inter, Phoebeis facibus, reliqua emicat astra.

Sic

Sic, Ufeldensis Phoebe, et Summissime Sponse,
Ista tuo deuota thoro virtutibus ingen,
Ibit in amplexus digni perdigna mariti,
Cum Tibi prodiderit festas nox pronuba tacdas.

O vos Aonidum coetus, compellite chordas!
Laetitiaque piac cum votis tollite voces!
Nescite laurigerum fertum, quod spiret amorem.
SPONSVM cum SPONSA florum perfundite nimbo;
Successusque bonos taedis quo donet olympus,
Religione sacra, et sacro contendite plausu.

Sed, Fortuna venit conspersis vestibus ostro
Vestita, et quiduis perfaustum lumine gestans.
Quae demissa polo nos vultque iubetque silere.
Ipsa sed alloquitur nuptos peramica recentes:

Vos, ego, qui terras quatio, curabo secundos;
Intactosque feris, quae mittit fulmina fatum,
Viuite felices, munus peragaris amoris.
Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres
Regibus vt mittunt, vobis sic dona secunda,
Fataque perfausta ^{hinc} sistentia sorte sacabo.
Ite, beatæ animæ, ite hinc, vos pectora cara,
Coniunctim queis casta parat nunc gaudia Phoebe;
In vestrum thalamum nitidas, largasque rosarum
Dispergam pluuias, plenis floresque pharetris
E prato Veneris collectos; gurgite vobis
Ambrosio quauis stillabo parte beatum.
VIVITE, FELICES NVMEN VOS IVSSIT, AMANTES.

N den bewohnten Strich der rind gewölbten Erden,
Pflieg, was nur Regung spürt, und lebend Athem
zieht,

Ein Sclave von Geschick, und von dem Glück zu werden.
Wenn uns die Sonne scheint, und unsre Rose blüht,
Heißt es: den will das Glück mit hohen Purpur schmücken;
Nimmt aber unsre Schuld Ehr und Vergnügen hin,
Rufft alle Welt: das Glück kehrt ihn den kahlen Rücken,
Und nicht die Augen zu: ja, dencket mancher Sinn,
Wenn uns ein Lügen-Blatt von neuen Pabste singet,
Da hat den Cardinal das Glück zum Pabst gemacht.
Wenn Alberoni sich um Gunst und Ansehn bringet,
So hat ihn ein Geschick unfreundlich angelacht.
Da heult die Tumbheit dann, da klagt ein Kind der Erden
Glück, Schicksaal, Himmel, Stern, und das Verhängniß an,
Daß sein Gang mißgeglückt, und müssen schlüpfrig werden,
Da macht allein das Glück dergleichen glatte Bahn.
Ja hat die Liebe dort ein ehlig Paar geschmiedet,
Muß gleich das tolle Glück der Copulante seyn.
Da rennet das Geschick, da ist es unermüdet,
Da bläset bloß das Glück dem Paar die Flammen ein.
Allein dergleichen Tand steht auf sehr glatten Füßen,
Und lachet die Vernunft die Posten weiblich aus.
Der Brunne, so uns Glück und Unglück läßet fließen,
Ist jener Sternen-Sitz, und helles Sonnen-Haus.
Wo selbst des Höchsten Arm das Rad der Schickung drehet,
Und was die Welt erfüllt, aus seinen Vorrath streut.
Der ist's, der niedertritt, der aufhebt, und erhöhet,
Der bald recht freundlich lacht, und bald mit Donner dräut.
Der sorget, daß ein Paar der Wünsche Ziel erreichet.
Daß jener diese Braut und keine andre wählt,
Vor der sein wallend Herz in heisser Gluth erweichet,
Und sorget Gott allein, wenn Jugend sich vermählt.

Hoch

Hoch und sehr werthtes Paar, die Kette eurer Banden,
 Der angenehme Zwang, der Euch zusammen führt,
 So zwischen Euch, durch Euch, und in Euch ist entstanden,
 Und die ein Tugend-Bild besonders artig ziert,
 Hat bloß des Höchsten Hand durch wolbedächtlich's tichten,
 In weisesten Endschluß, so trefflich ausgedacht.
 Und soll man hier den Streit durch einen Zeugen schlichten,
 Hat eure Tugend bloß uns dieses Kund gemacht.
 Drum will man kurz und gut nur einen Abriß machen,
 Von dem, was die ses Paar an rarer Tugend begt.
 So sind Sie beyde gleich von auserlesnen Sachen,
 Davon das kleinste auch das größte Lob erregt.
 Und muß des Höchsten Zug Euch nur vereinet haben,
 Weil der am besten Euch und eure Brust gefant,
 Und Ihr an reichen Preis recht wol gediehner Gaben,
 Die Euch des Himmels-Fluß verschwenderisch zugewand,
 Ein ander ähnlich seyd, und gleiche Treflichkeiten,
 An Seel und Leib bestet, und also deutlich zeigt,
 Daß Gott die Tugend eint mit gleichen Seltenheiten,
 Und was sich ähnlich schiekt, zu seiner Bindung neigt.
 Zwar würde sich mein Kiel auf halben Weg ermüden
 Wenn er den klahren Kern, wodurch Eur Lob sich hebt,
 Und Euch den größten Theil des Ruhms voraus beschieden,
 So, wie er bey Euch feurt, und allzeit wirkend leht,
 Hier wollte abgedruckt auf die Papiere prägen:
 So weit erstrecket sich ein klein Vermögen nicht.
 Und sollte ja die Pflicht was auf den Altar legen,
 So wüirds kein Opfer seyn, das in die Augen sticht,
 Und von den Überfluß an Markt und Safft prahlet.
 Kein Feuer, dessen Gluth von Cimmt und Beyrauch raucht.
 Ein Wunsch, den unser Herz aus treuen Eiffer zahlet,
 Ist unser Opferstück so lauter Wohlseyn haucht:

Lebet/

Lebet , und scherbet in brennender Lie-
be,
Liebet vergnügt geliebtestes Haar,
Daß Euch kein Vorstand der Wolcken
betrübe,
Sondern das Aufmerck der Sternen
bewahr,
Himmel, laß Seegen mit ströhmenden
Güssen,
Auf die , wie billig , sich Liebenden fließ-
sen.

Mit diesen beyden Gedichten solte dem Herrn PRO-
RECTORI in Nahmen seiner übrigen com-
militonum gehorsamst aufwarten.

IVLIVS AVGVSTVS VIETH
Hannoveranus.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40



Do zu

EPITHALAMIVM

QVO

VIRVM

P.RAENOBILISSIMVM ERVDITISSIMVM
AMPLISSIMVM

DO. IOANNEM HENRICVM STVSS

ILLVSTRIS ILFELDENSIS PRO-
MERITORVM MVLTIIVDINE
CELEBRATISSIMVM

CV M

PONSATA VIRGINE

IS ET VIRTVTIS ET FORMAE FAMA
RAESANTISSIMA

CATHARINA VVINIKER

DIE XXV. IVLII A. R. S. CIOCCXXXIII.

ET ANTIQVIS MORIBVS CONFIRMATAS
IAS ATQVE BENEDICTIONEM
SACERDOTALEM

NVBIVM INEVNTEM

ET QVAEVIS AVSPICATA FATA
PIE PREGATI

FABVNDI PROSE QVVNTVR

IS ET HVMANITATI OPERANTES
OGIO ILLVSTRI ILFELDENSI.

NORTHVSAE

LITTERIS COELERIANIS



AK

